



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes a la imprenta de Calatrava.

VICARIATO CAPITULAR

CIRCULAR

El tiempo del Cumplimiento pascual es el comprendido entre el Domingo de Ramos y el de la Dominica *in Albis*. (Can. 859 del Código de Derecho Canónico).

No obstante, atendiendo al mayor bien espiritual de nuestros amados diocesanos y usando de las facultades que a Nós concede el mismo Código y del Indulto Pontificio de 18 de Noviembre de 1924, declaramos tiempo hábil para cumplir el santo precepto el que media desde el Miércoles de Ceniza, 17 de Febrero, hasta el Domingo 30 de Mayo, fiesta de la Santísima Trinidad, ambos inclusive.

En aquellas parroquias en donde se den Santas Misiones, o se practiquen ejercicios espirituales, o tengan lugar extraordinarias predicaciones o instrucciones catequísticas, puede cumplirse durante ellos con el mismo precepto, cualquiera que fuere el tiempo en que se celebren, en virtud de

las facultades extraordinarias otorgadas por la Santa Sede por Rescripto de la S. Congregación del Concilio de 12 de Enero de 1920, publicado en este BOLETÍN OFICIAL el día 1.º de Marzo de 1920, pág. 70, y prorrogadas por otro quinquenio con fecha 21 de Enero de 1925 por la misma Sagrada Congregación.

Recordamos a los venerables Párrocos, Ecónomos y demás encargados de la cura de almas, el cumplimiento de lo dispuesto en el Decreto de 1 de Marzo de 1917 sobre publicación de los casos reservados en esta Diócesis.

Además, no olviden el deber que tienen de leer al pueblo en lengua vulgar y antes que termine el tiempo pascual el Decreto *Quam singulari*, inserto en este BOLETÍN, año 1911, pág. 10 y siguientes, acerca de la edad en que los niños han de ser admitidos a la primera comunión, cuyas normas no modifica sino confirma el nuevo Código, según puede verse en los Cánones 854, 859 y 860, que asimismo convendrá que leyeran y explicaran a los fieles, y tengan muy presente lo que se prescribe en el Canon 1330 sobre la preparación próxima e inmediata de los niños para comulgar.

Finalmente, recordamos a cuantos interese lo prescrito por el Sumo Pontífice Pío X en el Motu proprio *Sacrorum Antistitum* de 1.º de Septiembre de 1910, corroborado en 22 de Marzo de 1918 por la Suprema Congr. del Santo Oficio, relativo al juramento que deben prestar los predicadores cuaresmales, los cuales, antes del principio de sus evangélicas tareas, han de presentarse ante Nós, a este efecto. Los que por causa justa no pudieran verificarlo, lo expondrán así por escrito, a fin de delegar persona que les reciba el susodicho juramento.

Salamanca, 20 de Enero de 1926.

DR. CEFERINO ANDRÉS,
Vicario Capitular.

SECRETARIA DE CAMARA

DÍAS DE SINODO

Los días elegidos para la celebración de Sínodos, en que haya de renovar las licencias ministeriales los señores Sacerdotes que lo necesitaren en el transcurso del año 1926, son los siguientes:

Mes de Febrero.....	Viernes, 12.
— Mayo.....	Jueves, 20.
— Agosto.....	Jueves, 19.
— Noviembre.....	Jueves, 18.

Se ruega a los señores Sacerdotes manden con ocho días de anticipación el ejemplar de las licencias caducadas.

En los Sínodos de 20 Mayo y 19 de Agosto se habilitarán para la predicación los que lo necesiten.

Salamanca, 31 de Enero de 1926.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XI

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios Pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes.

DE FESTO D. N. IESU CHRISTI REGIS CONSTITUENDO.

PIUS PP. XI

Venerabiles Fratres

Salutem et apostolicam benedictionem.

Quas primas post initum Pontificatum dedimus ad universos sacrorum Antistites Encyclicas Litteras, meminimus in iis Nos aperte significasse—cum summas per-

sequeremur earum calamitatum causas, quibus premi hominum genus conflictarique videremus—non modo eiusmodi malorum colluuiem in orbem terrarum idcirco invasisse quod plerique mortalium Iesum Christum sanctissimamque eius legem cum a sua ipsorum consuetudine et vita, tum a convictu domestico et a re publica submoverant, sed etiam fore numquam ut mansurae inter populos pacis spes certa affulgeret, usque dum et homines singuli et civitates Salvatoris Nostri imperium abnuerent ac recusarent. Itaque *pacem Christi* ut quaerendam *in regno Christi* monuimus, ita Nos, quantum licuisset, praestituros ediximus: in regno Christi, inquit, quippe Nobis videbamus ad pacem redintegrandam stabiliendamque non posse efficacius, quam, Domini Nostri imperio instaurando, contendere. Haud obscuram quidem expectationem meliorum temporum Nobis interea moverunt studia populorum illa in Christum inque eius Ecclesiam, unam salutis effectricem, aut primum conversa aut longe excitata acrius: unde etiam apparebat, multorum, qui, contempto Redemptoris principatu, quasi regno extorres facti erant, parari auspiciato et maturari ad officia obedientiae reditum.

At quicquid, vertente Anno sacro, evenit actumve est, perpetua sane recordatione ac memoria dignum, nonne inde Conditori Ecclesiae, Domino ac Regi summo, plurimum honoris accessit ac gloriae? Etenim, sacrarum Missionum rebus publice ad spectandum propositis, nimum quantum mentes hominum sensusque pepulere sive data ab Ecclesia continenter opera regno Sponsi sui cotidie latius in omnes terras insulasque—vel per oceanum remotissimas—proferendo, sive magnus regionum numerus, summo cum sudore ac sanguine, a fortissimis invictisque missionalibus nomini catholico adiunctus, sive quae reliquae sunt locorum magnitudines, salutari benignaeque Regis nostri dominationi subiiciendae. Porro quotquot, sacri temporis decursu, in Urbem undique, Antistitum sacerdotumve suorum ductu, concessere, quid iis omnibus consilii fuit, nisi ut, expiatis rite animis, ad Apostolorum sepulcra et coram Nobis, se in imperio Christi et esse et futuros profiterentur? Atque hoc ipsum Servatoris nostri regnum nova quadam luce tum splendere visum est, cum Nosmet sex confessoribus virginibusque, comprobata praestantissimarum virtutum laude

sanctorum caelitem honores decrevimus. O quantum voluptatis animum Nostrum incessit, quantum solacii, cum, in Petriani templi maiestate, post latas a Nobis decretorias sententias, ab ingenti fidelium multitudine, inter gratiarum actionem, conclamatum est: *Tu Rex gloriae, Christe*. Namque, dum homines civitatesque a Deo alienae, per concitatas invidiae flammam intestinosque motus, in exitium atque interitum aguntur, Ecclesia Dei, pergens spiritualis vitae pabulum humano generi impertire, sanctissimam, aliam ex alia, virorum feminarumque subolem Christo parit atque alit, qui, quos sibi fidissimos in terreno regno subiectos parentesque habuit, eosdem ad aeternam regni caelestis beatitatem advocare non desinit. Exeunte praeterea inter Iubilaeum maximum millesimo sexcentesimo ab habita Synodo Nicaena anno, saeculare eventum eo libentius celebrari iussimus et Nosmet ipsi in Vaticana Basilica commemoravimus, quod ea Synodus Unigeniti cum Patre consubstantialitatem sanxit ad credendumque catholica fide proposuit, itemque, verba "cuius regni non erit finis," in suam fidei formulam seu Symbolum inserendo, regiam Christi dignitatem affirmavit.

Cum igitur Annus hic sacer non unam ad inlustrandum Christi regnum habuerit opportunitatem, videmur rem facturi apostolico muneri in primis consentaneam, si, plurimorum Patrum Cardinalium, Episcoporum fideliumque precibus, ad Nos aut singillatim aut communiter delatis, concedentes, hunc ipsum Annum peculiari festo D. N. Iesu Christi Regis in ecclesiasticam liturgiam inducendo cluserimus. Quae agitur causa sic Nos delectat, ut de ea vos, Venerabiles Fratres, aliquantum affari cupiamus; vestrum postea erit, quicquid de Christo Rege colendo dicturi sumus, ad popularem intelligentiam et sensum ita accommodare, ut decernendam annum sollemnium celebritatem excipiant ac sequantur in posterum utilitates.

Ut translata verbi significatione rex appellaretur Christus ob summum excellentiae gradum, quo inter omnes res creatas praestat atque eminent, iam diu communiterque usu venit. Ita enim fit, ut regnare *is in mentibus hominum* dicatur non tam ob mentis aciem scientiaeque suae amplitudinem, quam quod ipse est Veritas, et veritatem ab eo mortales haurire atque obedienter

X
accipere necesse est; *in voluntatibus* item *hominum*, quia non modo sanctitati in eo voluntatis divinae perfecta prorsus respondet humanae integritas atque obtemperatio, sed etiam liberae voluntati nostrae id permotione instinctuque suo subiicit, unde ad nobilissima quaeque exardescamus *Cordium* denique rex Christus agnoscitur ob eius *supereminentem scientiae caritatem* (1) et mansuetudinem benignitatemque animos allicientem: nec enim quemquam usque adeo ab universitate gentium, ut Christum Iesum, aut amari aliquando contigit aut amatum iri in posterum continget. Verum, ut rem pressius ingrediamur, nemo non videt, nomen potestatemque regis, propria quidem verbi significatione, Christo homini vindicari oportere; nam, nisi quatenus homo est, a Patre *potestatem et honorem et regnum* accepisse (2) dici nequit, quandoquidem Dei Verbum, cui eadem est cum Patre substantia, non potest omnia cum Patre non habere communia, proptereaque ipsum in res creatas universas summum atque absolutissimum imperium.

Christum esse Regem nonne in Scripturis sacris passim legimus? Ipse enim dicitur dominator de Iacob oriturus (3), qui a Patre constitutus est rex super Sion montem sanctum eius, et accipiet gentes hereditatem suam et possessionem suam terminos terrae (4); nuptiale autem carmen, quo, sub regis ditissimi potentissimique specie ac similitudine, verus, qui futurus erat, rex Israel celebrabatur, haec habet: *Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi; virga directionis, virga regni tui* (5). Ut multa id genus praetereamus, alio quidem loco, quasi ad Christi lineamenta clarius adumbranda, praenuntiabatur fore ut regnum eius, nullis circumscribendum finibus, iustitiae et pacis munera locupletarent: *Orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis... Et dominabitur a mari usque ad mare: et a flumine usque ad terminos orbis terrarum* (6). Huc vel uberiora accedunt prophetarum oracula, illudque in primis Isaiae pervulgatissi-

(1) *Eph.*, 3, 19.

(2) *Dan.*, 7, 13 14.

(3) *Nim.*, 24, 19.

(4) *Ps.* 2.

(5) *Ps.* 44.

(6) *Ps.* 71.

l. 33 Prof. per in d. m. d. d. - aeterno - iustitia et pax

mum: *Parvulus... natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum eius; et vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri saeculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, et pacis non erit finis: super solium David, et super regnum eius sedebit: ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia, amodo et usque in sempiternum* (1). Nec sane alia atque Isaiae sententia ceteri prophetae vaticinantur: ut Hieremias, praedicens *germen iustum* ab stirpe David oriundum, qui quidem Davidis filius *regnabit rex et sapiens erit: et faciet iudicium in terra*; ut Daniel, qui regnum praenuntiat a Deo caeli constituendum, quod *in aeternum non dissipabitur... stabit in aeternum* (2); et haud multo post subiicit: *Aspiciebam in visione noctis, et ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, et usque ad antiquum dierum pervenit, et in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem et honorem et regnum, et omnes populi, tribus et linguae ipsi servient; potestas eius, potestas aeterna, quae non auferetur, et regnum eius, quod non corrumpetur* (3). Zachariae autem praedictum illud de Rege mansueto, qui *ascendens super asinam et super pullum asinae*, Hierosolymam *iustus et salvator*, gestientibus turbis, ingressurus erat (4), nonne sancti evangeliorum scriptores impletum agnoverunt et comprobarunt? Eadem ceteroqui de Christo Rege doctrina, quam Veteris Testamenti libris consignatam delibavimus, tantum abest ut in Novi paginis evanescat, ut, contra, magnifice splendideque confirmetur. Qua in re, ut Archangeli nuntium vix attingamus, a quo Virgo docetur, se filium parituram, cui dabit... Dominus Deus sedem David patris eius et qui regnabit in domo Iacob in aeternum et regni eius non erit finis (5), Christus de suo ipse imperio testatur: sive enim in postremo ad populum sermone de praemiis poenisve lucutus est, quibus in perpetuum iusti vel rei afficiendi forent,

(1) *Isai*, 9, 6 7.

(2) *Hier.*, 23, 5.

(3) *Dan.*, 2, 44.

(4) *Dan.*, 7, 13 14.

(5) *Zach.*, 9, 9. 5. *Luc.*, 1, 32 33.

sive Praesidi romano respondit, publice ex ipso utrum rex esset percontanti, sive, postquam resurrexit, Apostolis munus docendi et baptizandi omnes gentes commisit oblata opportunitate, et sibi regis nomen attribuit (1), et se regem esse palam confirmavit (2), et sollemniter edixit, datam sibi esse omnem potestatem in caelo et in terra (3): quibus profecto verbis quid aliud, quam eius magnitudo potestatis et infinitas regni, significatur? Num igitur mirari licet, si, qui a Ioanne dicitur *princeps regum terrae* (4), idem, quemadmodum apostolo in visione illa futurorum apparuit, *habet in vestimento et in femore suo scriptum. Rex regum et Dominus dominantium?* (5). Etenim Christum Pater *constituit heredem universorum* (6); oportet autem ipsum regnare, donec, in exitio orbis terrarum, ponat omnes inimicos sub pedibus Dei et Patris (7).

Qua ex communi sacrorum Librorum doctrina sequi profecto oportuit, ut catholica Ecclesia, quae est Christi regnum in terris, ad omnes homines terrasque universas utique producendum. Auctorem Conditoremque suum, per annum sacrae liturgiae orbem, Regem et Dominum et Regem regum, multiplicato venerationis officio, consalutaret. Iastas sane honoris significationes; unum idemque per mirificam vocum varietatem sonantes, ut in veteri psallendi ratione atque in antiquis Sacramentariis adhibuit, sic in publicis divinae maiestati precibus cotidie admovendis, inque immolanda immaculata hostia, in praesenti adhibet; in hac vero laudatione Christi Regis perpetua pulcherrimus nostrorum et orientalium rituum conceptus facile deprehenditur, ut etiam hoc in genere valeat illud: *Legem credendi lex statuit supplicandi.*

Quo autem haec Domini nostri dignitas et potestas fundamento consistat, apte Cyrillus Alexandrinus animadvertit: *Omnium, ut verbo dicam, creaturarum do-*

(1) Matth., 25, 31-40.

(2) 10. 18, 37.

(3) Matth., 28, 18.

(4) Apoc., 1, 5.

(5) Apoc. 19, 16.

(6) Hebr., 1, 1.

(7) I Cor., 15, 25.

*minatum obtinet, non per vim exortum, nec aliunde in-
vectum, sed esentia sua et natura* (1); scilicet eius prin-
cipatus illa nititur unione mirabili, quam hypostaticam
appellant. Unde consequitur, non modo ut Christus ab
angelis et hominibus Deus sit adorandus, sed etiam ut
eius imperio Hominis angeli et homines pareant et sub-
iecti sint: nempe ut vel solo hypostaticae unionis nomi-
ne Christus potestatem in universas creaturas obtineat.
At vero quid possit iucundius nobis suaviusque ad cogi-
tandum accidere, quam Christum nobis iure non tantum
nativo sed etiam quaesito, scilicet redemptionis, impera-
re? Servatori enim nostro quanti steterimus, obliviosi
utinam homines recolant omnes: *Non corruptibilibus
auro vel argento redempti estis:... sed pretioso sangui-
ne quasi agni immaculati Christi et incontaminati* (2).
Iam nostri non sumus, cum Christus *pretio magno* (3)
nos emerit: corpora ipsa nostra *membra sunt Chris-
ti* (4).

Iamvero, ut huius vim et naturam principatus paucis
declaremus, dicere vix attinet triplici eum potestate con-
tineri, qua si caruerit, principatus vix intellegitur. Id
ipsum deprompta atque allata ex sacris Litteris de uni-
versali Redemptoris nostri imperio testimonia plus quam
satis significant, atque est catholica fide credendum,
Christum Iesum hominibus datum esse utique Redempto-
rem, cui fidant, at una simul legislatorem, cui obe-
diant (5). Ipsum autem Evangelia non tam leges condi-
disse narrant, quam leges condentem inducunt: quae qui-
dem praecepta quicumque servarint, iidem a divino Ma-
gistro, alias aliis verbis, et suam in eum caritatem pro-
baturi et in dilectione eius mansuri dicuntur (6).

Iudiciariam vero potestatem sibi a Patre attributam
ipse Iesus Iudaeis, de Sabbati requiete per mirabilem de-
bilis hominis sanationem violata criminantibus, denun-
tiat: *Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne*

(1) In Luc., X.

(2) I Petri, 1, 18-19.

(3) I Cor., c. 6, 20.

(4) I Cor. 6, 15.

(5) Conc. Trid., Sess. VI, can. 21.

(6) Io 10, 14, 15-16, 10.

iudicium dedit Filio (1). In quo id etiam comprehenditur—quoniam res a iudicio disiungi nequit—ut praemia et poenas hominibus adhuc viventibus iure suo deferat. At praeterea potestas illa, quam executionis vocant, Christo adiudicanda est, utpote cuius imperio parere omnes necesse sit, et ea quidem denunciata contumacibus irrogatione suppliciorum, quae nemo possit effugere.

Verumtamen eiusmodi regnum praecipuo quodam modo et spirituale esse et ad spiritualia pertinere, cum ea, quae ex Bibliis supra protulimus, verba planissime ostendant tum Christus Dominus sua agendi ratione confirmat. Siquidem, non una data occasione, cum Iudaei, immo vel ipsi Apostoli, per errorem censerent, fore ut Messias populum in libertatem vindicaret regnumque Israel restitueret, vanam ipse opinionem ac spem adimere et convellere; rex a circumfusa admirantium multitudine renuntiandus, et nomen et honorem fugiendo latendoque detrectare; coram Praeside romano edicere, regnum suum *de hoc mundo* non esse. Quod quidem regnum tale in evangeliiis proponitur, in quod homines poenitentiam agendo ingredi parent, ingredi vero nequeant nisi per fidem et baptismum, qui, etsi est ritus externus, interior tamen regenerationem significat atque efficit; opponitur unice regno Satanae et potestati tenebrarum et ab asseclis postulat, non solum ut, abalienato a divitiis rebusque terrenis animo morum praefert lenitatem et esuriant sitiantque iustitiam, sed etiam ut semet ipsos abnegent et crucem suam tollant. Cum autem Christus et Ecclesiam Redemptor sanguine suo acquisiverit et Sacerdos se ipse pro peccatis hostiam obtulerit perpetuoque offerat, cui non videatur regium ipsum munus utriusque illius naturam muneris induere ac participare? Turpiter, ceteroquin, erret, qui a Christo homine rerum civilium quarumlibet imperium abiudicet, cum is a Patre ius in res creatas absolutissimum sic obtineat, ut omnia in suo arbitrio sin posita. Attamen, quoad in terris vitam traduxit ab eiusmodi dominatu exercendo se prorsus abstinuit, atque, ut humanarum rerum possessionem procurationemque olim contempsit, ita eas possessoribus et tum permisit et hodie permittit. In quo perbelle illud.

(1) Io 20, 5, 22.

Non eripit mortalia, qui regna dat caelestia (1). Itaque principatus Redemptoris nostri universos complectitur homines; quam ad rem verba immortalis memoriae decessoris Nostri Leonis XIII Nostra libenter facimus: "Videlicet imperium eius non est tantummodo in gentes catholici nominis, aut in eos solum, qui, sacro baptismo abluti, utique ad Ecclesiam, si spectetur ius, pertinent, quamvis vel error opinionum devios agat, vel dissensio a caritate seiungat: sed complectitur etiam quotquot numerantur cristianae fidei expertes, ita ut verissime in potestate Iesu Christi sit universitas generis humani (2)". Nec quicquam inter singulas hac in re convictiones domesticas civilesque interest, quia homines societate coniuncti nihilo sunt minus in potestate Christi quam singuli. Idem profecto fons privatae ac communis salutis: *Et non est in alio aliquo salus, nec aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (3), idem et singulis civibus et rei publicae prosperitatis auctor germanaeque beatitudinis: *Non enim aliunde beata civitas, aliunde homo; cum aliud civitas non sit, quam concursus hominum multitudo* (4). Nationum igitur rectores imperio Christi publicum reverentiae obtemperacionisque officium per se ipse et per populum praestare ne recuset, si quidem velint, sua incolam auctoritate, patriae provehere atque augere fortunam. Nam quae, Pontificatus initio, de valde imminuta iuris auctoritate verecundiaque potestatis scribebamus, ea ad praesens tempus haud minus apta dixeris ac congruentia: "Deo et Iesu Christo—ita conquerebamus—a legibus et re publica submoto, iam non a Deo derivata sed ab hominibus auctoritate, factum est, ut..., ipsa auctoritatis fundamenta convellerentur, principe sublata causa, cur aliis ius esset imperandi, aliis autem officium parendi. Ex quo totam oportuit concuti societatem humanam, nullo iam solido fultam columine et praesidio," (5). *Annun. Sacrorum* 1885

Itaque, si quando regiam Christi potestatem homines

(1) *Hymn. Epiphaniae.*

(2) *Enc. Annun. Sacrorum*, d. 25 Maii 1889.

(3) *Act.*, 4, 12.

(4) S. Aug., *Ep. ad Macedonium*, c. III.

(5) *Enc. Ubi arcano.*

privatim publiceque agnoverint, incredibilia iam beneficia, ut iustae libertatis, ut disciplinae et tranquillitatis, ut concordiae et pacis, civilem consortionem pervadere omnem necesse est. Regia enim Domini nostri dignitas, quemadmodum humanam principum ac moderatorum auctoritatem religione quadam imbuit, sic civium officia atque obtemperationem nobilitat. Quamobrem Apostolus Paulus, licet uxoribus et servis praeciperet, ut in viro suo, ut in suo domino Christum vererentur, monuit tamen, ut non iis tamquam hominibus obedirent, sed unice quia Christi gererent vicem, cum homines a Christo redemptos dedeceret hominibus servire: *Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum* (1). Quodsi principibus et magistratibus legitime delectis persuasum erit, se, non tam iure suo, quam divini Regis mandato ac loco imperare, nemo non videt, quam sancte sapienterque auctoritate sua usuri sint et qualem in legibus ferendis urgendisque rationem communis boni et humanae inferiorum dignitatis sint habituri. Hinc tranquillitas ordinis profecto efflorescet ac stabit, quavis seditionis causa remota: quod enim in principe ceterisque rei publicae gubernatoribus civis homines spectaverit sibi natura pares aut aliqua de causa indignos ac vituperabiles, non idcirco eorum recusabit imperium, quando in iis ipsis propositam sibi Christi Dei et Hominis imaginem auctoritatemque intuebitur. Ad concordiae autem pacisque munera quod attinet, liquet omnino, quo latius regnum producitur atque ad universitatem humani generis pertinet, eo magis mortales sibi eius communionis conscios fieri, qua inter se copulantur: quae quidem conscientia, cum frequentes conflictiones praevertat ac praecoccupet, tum earundem asperitatem omnium permulcet ac minuit. Ecceur, si Christi regnum omnes, ut iure complectitur, sic reapse complectatur, de ea pace desperemus, quam Rex pacificus in terras intulit, ille, inquam, qui venit *reconciliare omnia*, qui *non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret*, et cum esset *Dominus omnium*, humilitatis et se praebuit exemplum et legem statuit praecipuam cum caritatis praecepto coniunctam; qui praeterea dixit:

(1) I Cor., 7, 23.

Jugum meum suave est et onus meum leve? O qua frui liceret beatitate, si a Christo el singuli homines et familiae et civitates se gubernari sinerent. “Tum denique— ut verbis utamur, quae decessor Noster Leo XIII ante annos quinque ac virginti ad universos sacrorum Antistites adibuit—licebit sanare tot vulnera, tum ius omne in pristinae auctoritatis spem revirescet, et restituentur ornamenta pacis, atque excident gladii fluentque arma de manibus, cum Christi imperium omnes accipient libentes eique parebunt, atque omnis lingua confitebitur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris,” (1).

Iamvero, quo optatissimae eiusmodi utilitates uberius percipiantur et in societate christiana stabilius insideant, cum regiae Salvatoris nostri dignitatis cognitionem disseminari quam latissime oporteat, ad rem nihil magis profuturum videtur, quam si dies festus Christi Regis proprius ac peculiaris instituatur. Etenim in populo rebus fidei imbuendo per easque ad interiora vitae gaudia evehendo longe plus habent efficacitatis annuae sacrorum mysteriorum celebritates quam quaelibet vel gravissima ecclesiastici magisterii documenta; siquidem haec in pauciores eruditioresque viros plerumque cadunt, illae universos fideles percellunt ac docent; haec semel, illae quotannis atque perpetuo, ut ita dicamus, loquuntur; haec mentes potissimum, illae et mentes et animos, hominem scilicet totum, salutariter afficiunt. Sane, cum homo animo et corpore constet, debet is exterioribus dierum festorum sollempnibus ita commoveri atque excitari, ut divinas doctrinas per sacrorum varietatem pulcritudinemque rituum copiosus imbibat, et, in sucum ac sanguinem conversas, sibi ad proficiendum in spirituali vita servire iubeat.

Est, ceteroqui, litterarum monumentis proditum, celebritates eiusmodi, decursu saeculorum, tum, aliam ex alia, inductas esse, cum id christianae plebis necessitas utilitasve postulare visa est: nempe cum debuit populus aut in communi roborari discrimine aut ab serpentibus haeresum erroribus muniri aut ad recolendum maiore cum studio pietatis aliquod fidei mysterium beneficiumve divinae bonitatis permoveri acrius atque incendi. Ita-

(1) Sermo 47, *De Sanctis*.

que, inde a prioribus reparatae salutis aetatibus, cum christiani acerbissime vexarentur, coepti sunt sacris ritibus Martyres commemorari, ut *sollemnitates martyrum*—teste Augustino—*exhortationes* essent *martyrorum* (1); qui autem sanctis Confessoribus, Virginibus, ac Viduis delati postea sunt liturgici honores, ad exacuenda in christifidelibus virtutum studia, vel quietis temporibus necessaria, mirifice ii valuerunt. At potissimum quae in Beatissimae Virginis honorem institutae sunt festorum celebritates, effecere illae quidem, ut populus christianus non modo Dei Genetricem, praesentissimamque Patronam, religiosius coleret, sed etiam Matrem sibi a Redemptore quasi testamento relictam amaret ardentius. In beneficiis vero a publico legitimoque Deiparae et sanctorum caelitem cultu profectis non postremo illud loco numerandum, quod haeresum errorumque luem Ecclesia a se nullo non tempore depulit invicta. Atque hoc in genere Dei providentissimi consilium admiremur, qui, cum ex ipso malo bonum elicere soleat, passus identidem est aut fidem pietatemque popularium remittere aut falsas doctrinas veritati catholicae insidiari, eo tamen exitu, ut haec novo quodam splendore colluceret, illa autem e veterno experrecta ad maiora ac sanctiora contenderet. Nec dissimilem profecto duxere ortum nec fructus peperere dissimiles quae in annum liturgiae cursum recepta sunt, minus remotis aetatibus. sollemnia: ut, cum Augusti Sacramenti reverentia et cultus deferbisset, institutum Corporis Christi festum, ita peragendum, ut magnificus pomparum apparatus et supplicationes in octo dies productae populos ad Dominum publice adorandum revocarent; ut Sacratissimi Cordis Iesu celebritas tum inducta, cum, Iansenistarum tristitia ac morosa severitate debilitati atque abiecti, animi hominum frigerent penitus et a Dei caritate fiduciaque salutis absterrentur.

Iam si Christum Regem ab universitate catholici nominis coli iusserimus, eo ipso et horum temporum necessitati prospecturi et pesti, quae societatem hominum infecit, praecipuum quoddam remedium adhibitori sumus. Pestem dicimus aetatis nostrae laicismum, quem vocant,

(1) Enc. *Annum sanctum*, d. 25 Maii 1899.

eiusdemque errores et nefarios conatus: quod quidem scelus, Venerabiles Fratres, nostis non uno maturuisse die cum iam pridem in visceribus civitatum lateret. Christi enim in omnes gentes imperium negari coeptum; negatum, quod ex ipso Christi iure existit, ius Ecclesiae docendi humanum genus, ferendi leges, regendi populos, ad aeternam utique beatitatem perducendos. Tum vero paulatim Christi religio aequaricum falsis in eodemque genere, prorsus indecore, poni; deinceps civili potestati subiecti arbitrioque principum ac magistratum fere permitti: ulterius ii progredi, qui naturalem quandam religione, naturalem quandam animi motum pro divina religione substitui oportere cogitent. Nec civitates defuerunt, quae censerent, posse se Deo carere et religionem suam in impietate negligenterque Dei esse positam. Acerbissimos sane, quos eiusmodi a Christo et singulorum civium et civitatum defectio tulit tam frequenter tamque diu, fructus in Litteris Encyclicis *Ubi arcano* conquesti equidem sumus iterumque hodie conquerimur, scilicet sata ubique discordiarum semina easque invidiae flammam simultatesque inter populos conflatas, quae tantam adhuc reconciliandae paci moram inferunt; cupiditatum intemperantiam, quae haud raro specie publici boni caritatisque patriae obteguntur, atque inde profecta, cum civium discidia, tum caecum illum et immodicum sui amorem, qui cum nihil aliud nisi privata commoda et emolumenta, spectet, hisce prorsus omnia metitur; eversam funditus officiorum oblivione ac negligentia domesticam pacem; familiae communionem stabilitatemque labefactatam; concussam denique in interitum actam hominum societatem. Quae futurum ut ad amantissimum Salvatorem redire auspiciato propeperet, agenda posthac annua Christi Regis celebritas spem Nobis optimam commovet Catholicorum utique foret, hunc actione operaque sua maturare ac celerare reditum; verum ex iis bene multi nec eum videntur in convictu, ut aiunt, sociali obtinere locum nec ea valere auctoritate, quibus carere eos dedecet qui faciem praefereunt veritatis. Id fortasse incommodi bonorum est lentitudini vel timiditati tribuendum, qui ab repugnando se abstinere vel mollius obsistunt: unde adversarios Ecclesiae necesse est maiorem capere temeritatem atque audaciam. At si quidem fideles vulgo intelle-

gant, sibi sub signis Christi Regis et fortiter et perpetuo militandum esse, iam, concepto apostolatus igne, abalienatos rudesve animos Domino suo reconciliare studeant eiusque iura tueri incolumia nitantur.

Atque praeterea nonne publicae eiusmodi defectioni, quam laicismus cum tanto societatis detrimento genuit, accusandae et aliquo pacto resarciendae celebrata ubique gentium quotannis Christi Regis sollemnia summopere conducere videntur? Etenim quo indigniore suavissimum Redemptoris nostri nomen in conventibus inter nationes habendis et in Curiis silentio premitur, eo altius illud conclamari et regiae Christi dignitatis potestatisque iura latius affirmari oportet.

Quid quod ad hanc diei festi celebritatem instituentiam inde ab exeunte superiore saeculo, viam feliciter egregieque munitam esse conspiciamus? Nemo enim ignorat, quam sapienter luculenterque is vindicatus sit cultus plurimis, qua late orbis terrarum patet, editis magna linguarum varietate libris; itemque Christi principatum et imperium pia illa agnitione esse consuetudine inducta, ut paene innumerabiles familiae se Sacratissimo Cordi Iesu dedicarent ac dederent. Verum non modo familiae id prestitere, sed civitates quoque et regna: immo ipsa universitas generis humani, Leone XIII auctore ac duce, eidem divino Cordi, Anno Sancto millesimo nonagesimo vertente, consecrata auspicio est. Neque illud silentio praetereundum, regiae huic Christi in consortionem humanam potestati sollemniter affirmandae mirum in modum profuisse frequentissimos Eucharisticos Conventus aetate nostra cogi solitos, eo nimirum spectantes, ut vel singularum dioecesium et regionum et nationum vel universi orbis populi, ad Christum Regem sub Eucharisticis velis delitescerent venerandum colendumque convocati, per habitas in coetibus inque templis conciones, per communem Augusti Sacramenti publice propositae adorationem, per magnificas pompas, Christum sibi Regem divinitus datum consalutent. Iure meritoque dixeris, christianam plebem, divino quodam instinctu actam, Iesum illum, quem impii homines, in sua cum venisset, recipere noluerunt, e sacrarum aedium silentio ac veluti latebra triumphantis more per vias urbium eductum, in regalia omnia iura velle restituere.

Iamvero, ad consilium, quod memoravimus, Nostrum

perficiendum eam habet Annus Sanctus, qui ad exitum properat, opportunitatem, qua nulla profecto maior videatur, cum fidelium mentes animosque ad bona caelestia, quae exsuperant omnem sensum, evocatos, benignissimus Deus aut gratiae suae dono iterum auxit aut, novis adiectus ad aemulanda charismata meliora stimulis, in recto itinere pergendo confirmavit. Sive igitur tot Nobis adhibitae preces attendimus, sive ea respicimus quae Iubilaei maximi spatio evenere, suppetit profecto unde coniiiciamus, diem tandem aliquando omnibus optatissimum, adesse, quo Christum totius humani generis Regem proprio ac peculiari festo colendum esse pronuntiemus. Hoc enim Anno, ut exordiendo diximus, Rex ille divinus, vere *mirabilis in sanctis suis*, novo militum suorum agmine caelitus honoribus aucto, *glorioso magnificentus est*; hoc item Anno, per inusitatum rerum ac paene laborum conspectum, admirari omnibus licuit partas ab evangelii praeconibus Christo victorias in regno eius proferendo; hoc denique Anno per saecularia Concilii Nicaeni sollemnia vindicatam commemoravimus Verbi Incarnati cum Patre consubstantialitatem qua eiusdem Christi in omnes populos imperium, tamquam fundamentum suo, nititur.

Itaque, auctoritate Nostra apostolica, festum D. N. Iesu Christi Regis instituímus, quotannis, postremo mensis Octobris dominico die, qui scilicet Omnium Sanctorum celebritatem proxime antecedit, ubique terrarum agendum. Item praecipimus, ut eo ipso die generis humani Sacratissimo Cordi Iesu dedicatio quotannis renovetur quam s. m. decessor Noster Pius X singulis annis iterari iusserat; hoc tamen anno dumtaxat, eam die tricesimo primo huius mensis peragi volumus quo die Nosmet pontificali ritu in honorem Christi Regis sacris operabimur et coram Nobis eandem fieri consecrationem iubebimus. Neque Annum Sanctum posse Nos melius aptiusque concludere videmur, nec Christo *Regi saeculorum immortali* ampliorem exhibere grati animi Nostri significationem—in quo gratas quoque totius catholici orbis voluntates interpretamur—ob beneficia tempore hoc sacro in Nos, in Ecclesiam universumque catholicum nomen collata.

Neque est cur vos, Venerabiles Fratres, diu multumque doceamus, qua de causa festum Christi Regis ab re-

liquis illis distinctum agi decreverimus, in quibus quaedam inesset regiae ipsius dignitatis et significatio et celebratio. Unum enim animadvertere sufficit, quod, quamquam in omnibus Domini nostris festis materiale obiectum, ut aiunt, Christus est, obiectum tamen formale a regia Christi potestate ac nomine omnino secernitur. In diem vero dominicum idcirco indiximus, ut divino Regi non modo clerus litando ac psallendo officia praestaret sua, sed etiam populus, ab usitatis occupationibus vacuus, in spiritu sanctae laetitiae, obedientiae servitutisque suae praeclarum Christo testimonium daret. Visus autem est ad celebrationem longe aptior, quam reliqui, postremus mensis Octobris dominicus dies, quo fere cursus anni liturgici clauditur; ita enim fit, ut vitae Iesu Christi mysteria ante per annum commemorata sacris Christi Regis sollemnibus veluti absolvantur et cumulentur, et, ante quam Omnium Sanctorum gloriam celebremus, Illius praedicetur efferaturque gloria, qui in omnibus Sanctis et electis triumphat. Itaque hoc vestrum, Venerabiles Fratres, esto munus, vestrae hae partes sunt, ut annuae celebritati praemittendas curetis, statis diebus, ad populum e singulis paroeciis conciones, quibus is de rei natura, significatione et momento accurate monitus atque eruditus, sic vitam instituat ac componat, ut iis digna sit, qui divini Regis imperio fideliter studioseque obsequuntur.

Placet interea vobis, Venerabiles Frates, in extremis hisce Litteris breviter declarare quas demum publico ex hoc Christi Regis cultu utilitates, cum in Ecclesiae et civilis societatis, tum in singulorum fidelium bonum, Nobis spondeamus ac polliceamur.

Hisce profecto honoribus dominico principatui deferendis in memoriam hominum redigi necesse est, Ecclesiam, utpote quae a Christo perfecta societas constituta sit, nativo sane iure, quod abdicare nequit, plenam libertatem immunitatemque a civili potestate exposcere, eandemque, in obeundo munere sibi commisso divinitus docendi, regundi et ad aeternam perducendi beatitatem eos universos qui e regno Christi sunt, ex alieno arbitrio pendere non posse. Immo haud dissimilem debet praeterea respublica libertatem iis praestare religiosorum utriusque sexus Ordinibus ac Sodalitatibus, qui, cum adiutores Ecclesiae Pastoribus adsint validissimi, tum in

regno Christi provehendo stabiliendove quam maxime elaborant, sive triplicem mundi concupiscentiam sacrorum religione votorum oppugnantes, sive ipsa perfectioris vitae professione efficientes, ut sanctitas illa, quam divinus Conditor insignitam Ecclesiae notam esse iussit, perpetuo auctoque in dies splendore ante oculos omnium emicet et colleceat.

Civitates autem ipsa diei festi celebratio, annuo renovata orbe, monebit, officio Christum publici colendi eique parendi, ut privatos, sic magistratus gubernatoresque teneri; hos vero revocabit ad extremi illius iudicii cogitationem, in quo Christus non modo de publica re eiectus, sed etiam per contemptum neglectus ignoratusve, acerrime tantas ulciscetur iniurias, cum regia eius dignitas id postulet, ut respublica universa ad divina mandata et christiana principia componatur cum in legibus ferendis, tum in iure dicendo, tum etiam in adolescentium animis ad sanam doctrinam integritatemque morum conformandis.

At praeterea mirum quantum haurire vis atque virtutis ex harum commentatione rerum christifidelibus licebit, ut animos suos ad germanum christianae vitae institutum effingant. Nam si Christo Domino data est omnis potestas in caelo et in terra; si mortales, pretiosissimo eius sanguine empti, novo quodam iure ipsius ditioni subiiciuntur; si denique potestas eiusmodi humanam naturam complectitur totam, clare intellegitur, nullam in nobis facultatem inesse, quae e tanto imperio eximatur. Regnare igitur illum oportet in hominis mente, cuius est, perfecta sui demissione revelatis veritatibus et Christi doctrinis firmiter constanterque assentiri; regnare in voluntate, cuius est divinis legibus praeceptisque obsequi; regnare in animo, cuius est, naturalibus appetitionibus posthabitis, Deum super omnia diligere eique uni adhaerere; regnare in corpore eiusque membris, quae tamquam instrumenta vel, ut Apostoli Pauli verbis utamur (1), tamquam *arma iustitiae Deo*, interiori animarum sanctitati servire debent. Quae quidem omnia si christifidelibus penitus inspicienda ac consideranda proponantur, multo iidem facilius ad perfectissima quae-

(1) Rom., 6, 13.

que traducentur. Fiat utinam, Venerabiles Fratres, ut suave Christi iugum et externi ad salutem suam appetant atque accipiant, et omnes, quotquot, misericordiae Dei consilio, domestici sumus, non gravate, sed cupide, sed amanter, sed sancte feramus: vita autem nostra ad regni divini leges composita, laetissimam bonorum fructuum copiam percipiamus, et, servi boni ac fideles a Christo habiti, in caelesti eius regno sempiternae cum ipso efficiamur beatitudinis gloriaeque compotes.

Sit quidem hoc omen et votum Nostrae erga vos, Venerabiles Fratres, paternae caritatis, adventante D. N. Iesu Christi Natali die, documentum; et divinorum munerum conciliatricem accipite apostolicam benedictionem, quam vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XI mensis Decembris anno Sacro MDCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI.

PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES

AUTHETICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emmi. Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I.—*De temporis supputatione*

D.—An ubique terrarum, in casibus canone 33, § 1.º expressis, tempus vulgo *zonarium* sequi quis possit.

R.—Affirmative, dummodo hoc tempus sit legale.

II.—*De praecedentia inter Episcopos suffraganeos*

D.—Utrum vi canonis 106, § 3.º praecedentia inter Episcopos suffraganeos in Concilio provinciali aliisque coetibus provincialibus definienda sit a die praeconizationis seu electionis ad episcopatum, an a die promotionis ad Ecclesiam suffraganeam.

R.—Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

III.—*De collatione beneficiorum*

D.—Utrum in collatione beneficiorum et canonicatum in ecclesiis collegialibus Capitulum, ad normam canonis 403 audiendum, sit cathedrale an collegiale.

R.—Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

IV.—*De praecedentia vicarii foranei*

D.—An vicarius foraneus, qui sit simul canonicus Capituli Collegialis in suo districtu, vi canonis 450, § 2.º praecedat ceteris canonicis in choro et actibus capitularibus.

R.—Negative.

V.—*De sacris processionibus*

D.—An, secundum canonem 462, § 7.º et responsum diei 12 Novembris 1922, ius parochi publicam processionem extra ecclesiam ducendi extendatur etiam ad processiones Religiosorum, licet exemptorum, extra eorum ecclesias et Claustra.

R.—Affirmative, firmo tamen praescripto canonum 1.291 § 2.º et 1.293.

VI.—*De admissione Orientalium ad novitiatum*

D.—An in Religionibus latini ritus sine venia de qua canon 542, 2.º, licite admitti possint ad novitiatum Orientales, qui, proprio retento ritu, praelegantur ad constituendas domus et provinciás religiosas ritus orientalis.

R.—Affirmative.

VII.—*De reservatione casuum*

D.—1.º Utrum *quaevis reservatio*, de qua can. 900, sit tantum ratione peccati an etiam ratione censurae.

2.º Utrum canon 900 agat de reservatione casuum ab Ordinariis tantum an etiam a Sancta Sede statuta.

R.—Ad 1.º Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad 2.º Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

VIII.—*De forma celebrationis matrimonii*

D.—Utrum, secundum canonem 1.098, ad valide et licite matrimonium coram solis testibus contrahendum sufficiat factum absentiae parochi, an requiratur etiam moralis certitudo, ex notorio vel ex inquisitione, parochum per mensem neque haberi neque adiri posse sine gravi incommodo.

R.—Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

IX.—*De missa in matrimoniis mixtis*

D.—An canone 1.102, § 2.º in matrimoniis mixtis, praeter Missam pro sponsis, prohibeatur etiam alia Missa, licet privata.

R.—Affirmative, si haec Missa ex rerum adiunctis haberi possit uti complementum caeremoniae matrimonialis.

X. — *De sepultura ecclesiastica*

D.—An, vi canonis 1 240, §§ 1.º y 5.º ecclesiastica sepultura priverentur qui mandaverint suum corpus cremationi tradi et in hac voluntate permanserint usque ad mortem, etiamsi crematio ad normam canonis 1.203, § 2.º non sequatur.

R.—Affirmative.

Datum Romae, die 10 Novembris 1925.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses*.

JOSEPH BRUNO, *Secretarius*.

Sacra Congregatio Concilii

Romae, die 18 de Novembris 1925

Rvme. Domine uti Frater.

In Comitibus Plenariis, habitis in Palatio Apostolico Vaticano die 14 huius mensis, proposita fuerunt sequentia dubia ab Amplitudine tua expressa, nempe:

1. Utrum canonici iubilati et qui chorale indultum obtinuerunt, censi possint inter praesentes ad effectum constituendi simul cum aliis duas tertias partes Capitularium, qui ex praescripto Codicis (Can. 418 § 2) servitio choralis intenti esse debent; vel potius, computari debeant prout vere et realiter sunt inter absentes, ita ut aliis canonicis consuetas vacationes impediatur.

2. Utrum tertia pars canonicorum, de qua in citato canone 418 § 2, intelligi debeat tertia pars numeri totalis ca-

nonicorum cuiuscumque Ecclesiae; vel tertia pars canonicorum qui, demptis iubilatis et indultariis, supersunt, ita ut semper et in omni casu aliqui vacationibus frui possint.

3. Utrum post Codicem sustineri valeat consuetudo vi cuius canonicus hebdomadarius et aexcusatur ab horis canonicis cantatis Missam conventualem sequentibus et fructus praebendae et distributiones illis horis respondentes percipit; an e contra, post Missam celebratam ad chorum redire teneatur ibique manere usque ad finem cantus Nonae (vel Vesperarum tempore Quadragesimae).

Placuit Emmis. Patribus praefatis dubiis respondere:

Ad 1^{um} Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Ad 2^{um} Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Ad 3^{um} Affirmative et ad mentem: Mens est: Si Missa tempore Quadragesimae cantetur post tertiam, hebdomadarius tenetur redire ad chorum pro cantu Vesperarum.

Quae responsiones SS. D. N. Pius XI in audientia diei 16 subsequentis dignatus est appobare et confirmare.

Haec dum Amplitudini tuae comunico, cuncta fausta Tibi a Domino adprecans, quo par est obsequio me profiteor Amplitudinis Tuae.

Uti Fratrem

D. CARD. SBARRETI,

Praefectus.

JULIUS, EP. TIT. LAMPSAC,

Secretarius.

Ordinario Cauriense.

(Del *Boletín de Coria*).

SAGRADA PENITENCIARÍA APOSTÓLICA

SECCIÓN DE INDULGENCIAS

(20 Noviembre 1925)

Su Santidad el Papa Pío XI, en la audiencia otorgada al señor Cardenal Penitenciario Mayor, a todos los fieles que devotamente reciten alguna de estas jaculatorias: «¡Dios mío, os amo! ¡Convertid a los pobres blasfemos!» «¡Corazón de Jesús, os amo! ¡Convertid a los pobres blasfemos!», concede benignamente las siguientes indulgencias: 1.^a Parcial de 300 días tantas veces cuantas la reciten, al menos con el corazón contrito. 2.^a Plenaria, con las condiciones de costumbre, una vez al mes, si la recitan durante todo el mes.

Se concede perpetuamente sin publicación de Breve y sin que obste cualquier cosa en contrario.

S. Lucio, S. P. Reg.

G. MENCHINI, Sub.

JUNTA NACIONAL DE LA PRENSA CATÓLICA

Se ha recibido la siguiente comunicación:

El Emmo. Sr. Cardenal Primado crea una Junta Nacional de Prensa Católica

ARZOBISPADO DE TOLEDO

Decreto creando la "Junta Nacional de Prensa Católica,,

Al dar cuenta en nuestra Pastoral de Febrero de 1924 del honroso encargo que Nos había confiado Su Santidad el Papa Pío XI, de dirigir la Acción Católica en España, seña-

lábamos como la más urgente necesidad de nuestro tiempo, la organización y coordinación de las diversas Obras católicas.

Y, refiriéndonos especialmente a las de Prensa, hacíamos allí constar que a la coordinación *“que consideramos de suma importancia y que, por lo mismo no podemos menos de sentir el deber de promoverla en cuanto de Nós dependa”*, iba dirigida la Tercera Asamblea Nacional de Prensa Católica, convocada ya en aquella fecha y que se celebró en Toledo en Junio del mismo año.

“Concretamente—decía en su artículo 3.º el Reglamento que Nós aprobamos para la misma—se propondrá la Tercera Asamblea poner las bases de la coordinación de los elementos que integran la Prensa Católica Española”.

Deseando continuar, por nuestra parte, esta labor para disponer cuanto antes del instrumento reconocido hoy como indispensable para la Acción Católica, que es una prensa robusta y organizada, hemos conferido este asunto con los Rvdms. Metropolitanos, y de acuerdo con su dictamen, venimos en decretar.

I. Se crea un organismo superior que se llamará «Junta Nacional de Prensa Católica».

II. Los fines de esta Junta son:

1.º La ejecución, en cuanto sea posible, de las tres Asambleas Nacionales de Prensa celebradas, comprendiendo: a) Agencia. b) Diarios. c) Revistas. d) Hojas. e) Folletos. f) Libros, y g) Asociaciones y organismos con todos los anteriores relacionados.

2.º La preparación de la Asamblea venidera.

3.º La coordinación y alta inspección de todas las entidades y obras de la Prensa católica existentes en España.

4.º El cumplimiento de cualquier otro cometido que, en relación con la Prensa, se le hiciera por el Director Pontificio de la Acción Católica.

III. La Junta se compondrá de un Presidente, un Vicepresidente, un Tesorero, un Secretario y varios Vocales de-

signados por Nós; mas otro Vocal elegido por los periodistas católicos de España, cuando se organicen en asociación profesional.

IV. Se reunirá la Junta en pleno cuatro veces, por lo menos, cada año; funcionando además permanentemente una Comisión Delegada de la misma.

V. Anualmente Nos dará cuenta la Junta de su gestión durante el año anterior, del movimiento económico y de lo que se proponga realizar en el siguiente.

Esperamos que, con la gracia de Dios y la cooperación de todos los católicos, esta Junta Nacional que hoy constituimos, puesta la vista en los supremos intereses religiosos y patrióticos, aumentará la eficacia de los múltiples y valiosos trabajos que en España se realizan por la Prensa Católica.

Toledo, 9 de Noviembre de 1925.

† ENRIQUE, Cardenal Reig,

Arzobispo de Toledo.

L. ✠ S.

Por mandado de Su Emcia. Rvdma., el Cardenal
Arzobispo, mi Señor,

Dr. Francisco Vidal,

Secretario Cancelario.

Por el mismo Emmo. Sr. Cardenal Primado han sido nombrados para constituir la «Junta Nacional de Prensa Católica» los señores siguientes:

Presidente, Excmo. Sr. D. Francisco Frutos Valiente, *Obispo de Jaca, preconizado de Salamanca*; Vicepresidente, Sr. D. José Luis de Oriol, *Fundador de la Editorial "Voluntad", de Madrid*; Tesorero, Sr. D. Carlos Rodríguez Sampédro, *Presidente del Consejo de Administración del diario "Región", de Oviedo*; Secretario, M. I. Sr. D. Ildefonso Montero Díaz, *Tesorero de la Catedral de Toledo y Director de "Ora et Labora",* (Los cuatro anteriores constituyen

la Comisión Delegada). Vocales, Albó y Martí (excelentísimo Sr. D. Ramón), Aznar (Sr. D. Francisco Javier de), Conde de Casal (Excmo. Sr.), Marín Lázaro (Excmo. Sr. D. Rafael), Marqués de Pidal (Excmo. Sr.), Martínez Kleises (señor D. Luis), Medina y Togores (Sr. D. José de), Mora y Abarca (Sr. D. César de la).

La Junta se ha constituido ya en su domicilio social, Conde de Barajas, 8, Madrid, y entre otros cometidos tiene el de suceder, en todos sus derechos y deberes, a la Comisión de Custodia y Administración del capital permanente de «Prensa Asociada».

MINISTERIO DE HACIENDA

Real decreto sobre débitos de contribución urbana relativos a edificios de Ordenes o Congregaciones religiosas.

EXPOSICIÓN

Señor: Por causas que no son del momento investigar, los preceptos de la Ley de 29 de Diciembre de 1910, mediante los cuales quedaron sujetos a la contribución territorial de edificios y solares los conventos de las Ordenes y Congregaciones religiosas, han tenido escasa eficacia en la realidad, pues aun girándose los recibos de contribución correspondientes a dichos inmuebles, éstos, en la mayor parte de los casos, han dejado de hacerse efectivos, dando origen a la tramitación de procedimientos de apremio administrativo que sufrieron diversas paralizaciones hasta el Decreto-ley de Presupuestos de 30 de Junio de 1924, que en su artículo 34 exceptuó del pago de la contribución territorial urbana a los edificios ocupados por las expresadas Ordenes y Congregaciones religiosas.

Como consecuencia de la paralización de los procedimientos para

el cobro de los recibos girados en cumplimiento de lo preceptuado en la Ley de 29 de Diciembre de 1910, existe hoy una acumulación de débitos contra las Ordenes y Congregaciones religiosas que la mayor parte de éstas se ven imposibilitadas de hacer efectivos en una sola vez, dada la escasez de recursos con que cuentan. Parece, pues, de equidad aplicar a dichos débitos el mismo criterio que en todos los casos de acumulación por atrasos de las distintas contribuciones e impuestos del Estado se concedió, fraccionando las totales cantidades debidas por trimestres atrasados en forma que el importe de cada uno de éstos no fuese superior al del recibo trimestral correspondiente a la recaudación ordinaria por el mismo concepto. Dicho criterio fué establecido por el Real decreto de 24 de Diciembre de 1923, respecto de las cuotas atrasadas liquidadas por efecto de la comprobación catastral de la riqueza urbana y por las Reales órdenes de 18 de Enero y de 4 y 12 de Abril de 1924, para los atrasos de las contribuciones de Industrial y de Comercio y sobre las utilidades de la riqueza mobiliaria, que fueron objeto de la declaración al amparo de las moratorias concedidas a los contribuyentes.

De esta manera, con la aplicación del mencionado criterio y la abreviación en el término de prescripción de unos débitos que por proceder de cuotas devengadas por plazos menores de un año, parece equitativo acomodarlas al lapso que establece el artículo 1.966 del Código civil, la Hacienda podrá obtener las cantidades que se le adeudan sin destruir el patrimonio y las fuentes de riqueza de los contribuyentes. Al mismo tiempo, y para que el mencionado artículo 34 del Decreto-ley de Presupuestos de 30 de Junio de 1924, que concedió exención de la contribución territorial urbana de los edificios y conventos ocupados por las Ordenes y Congregaciones religiosas, tenga la debida eficacia y se dilucide y determine de modo claro y preciso, tanto en beneficio del Estado como en interés de los contribuyentes, los derechos regulados por la expresada disposición, conviene establecer que cuando las Comunidades interesadas se acojan al mencionado precepto, dentro del plazo de tres meses, los efectos de la declaración de exención, en el caso de que ésta proceda, se retrotraerán a la fecha de 1.º de Julio de 1924, en que entró en vigor dicho precepto; en tanto que las solicitudes que se deduzcan después sólo concederán derecho a la exención

a partir del momento en que hubiesen sido deducidas, puesto que no sería lícito que por la demora de las Comunidades religiosas en acogerse, durante un tiempo indefinido, a un Decreto que les beneficia, la Administración se encontrase con trabas, consistentes en alegar el mencionado precepto de exención para dejar de satisfacer los recibos que se fuesen librando y, cuando dicha exención se concediese, viniese el Estado obligado a reintegrar cantidades correspondientes a largos períodos de tiempo.

Por las razones expuestas, el Ministro que suscribe tiene el honor de someter a la aprobación de V. M. el adjunto proyecto de Decreto.

Madrid, 15 de Diciembre de 1925.--Señor: A. L. R. P. de V. M., *José Calvo Sotelo*.

REAL DECRETO

A propuesta del Ministro de Hacienda y de acuerdo con Mi Consejo de Ministros, vengo en decretar lo siguiente:

Artículo 1.º Las Ordenes o Congregaciones religiosas establecidas legalmente en el Reino, que tengan débitos pendientes a favor de la Hacienda pública por Contribución territorial urbana de los edificios o conventos ocupados por las mismas, anteriores a 1.º de Julio de 1924, en que empezó a regir la exención de dichos edificios, establecida en el artículo 34 del Decreto-ley de Presupuestos de 30 de Junio de 1924, podrán, en un plazo de tres meses, acogerse al beneficio de satisfacer los atrasos por fracciones, en términos análogos a los otorgados a los contribuyentes por cuotas atrasadas liquidadas por efecto de la comprobación catastral de la riqueza urbana en el Real decreto de 24 de Diciembre de 1923.

Artículo 2.º Los Administradores de Rentas públicas, una vez que hayan recibido las solicitudes de fraccionamiento para el pago de dichos débitos, requerirán a las Comunidades solicitantes para que en el término de quince días extiendan y presenten en ellas, debidamente avalados, los pagarés a favor del Tesoro en número igual al de fracciones en que deba dividirse el total importe de los débitos.

Cuando el contribuyente no residiere en la capital, podrá presentar los pagarés en la Depositaria-Pagaduría de Hacienda, donde la hubie-

re, o en la Alcaldía del lugar, abonando además el franqueo correspondiente para que puedan remitirse a la capital en pliego certificado.

Artículo 3.º Recibido por los Administradores de Rentas públicas los indicados pagarés, y después de examinados y encontrado que se hallan debidamente extendidos y avalados, reclamarán de las Tesorerías-Pagadurías los recibos correspondientes y propondrán a los Delegados de Hacienda la anulación de los mismos y la contracción de los pagarés expedidos en su sustitución.

Artículo 4.º En todo lo demás no previsto en el presente Decreto se observarán las reglas establecidas en el de 24 de Diciembre de 1923.

Artículo 5.º Se concede un plazo de tres meses, a contar desde la fecha de la publicación del presente Decreto en la «Gaceta de Madrid» para que las Ordenes y Congregaciones religiosas a cuyos edificios y conventos se les reconoció derecho a la exención del pago de la Contribución territorial urbana por el artículo 34 del Decreto-ley de Presupuestos de 30 de Junio de 1924, soliciten de las Delegaciones de Hacienda respectivas la aplicación del referido derecho, en la inteligencia de que, cuando dichas entidades deduzcan sus solicitudes en el expresado plazo, la exención que se conceda surtirá efecto a partir de 1.º de Julio de 1924. Las solicitudes que se presenten después del indicado plazo serán tramitadas y resueltas con arreglo al mencionado artículo 34 del Decreto-ley de Presupuestos; pero sólo surtirán efecto a partir de la fecha en que la exención se hubiese solicitado.

Artículo 6.º En uno y otro caso se entenderán por débitos a la Hacienda cobrables por trimestres las cantidades adeudadas a la misma por las cinco anualidades anteriores a la fecha del Real decreto de exención, o sea desde 1.º de Julio de 1919, como máximo.

Artículo 7.º El Ministro de Hacienda queda encargado de la ejecución de este Decreto.

Dado en Palacio a quince de Diciembre de mil novecientos veinticinco. ALFONSO.—El Ministro de Hacienda, *José Calvo Sotelo*.

(*Gaceta de Madrid*, 16 Diciembre 1925, n.º 350, págs. 1.460-1.461).

BIBLIOGRAFÍA

OBRAS RECOMENDABLES

Procedimientos eclesiásticos, por A. Muniz, Auditor del Supremo Tribunal de la Rota, 2.^a edición. Tres tomos.

Derecho Capitular, del mismo autor, 2.^a edición. Un tomo.

Derecho parroquial. Dos tomos, 2.^a edición. Los pedidos a Sobrino de Izquierdo, Sevilla.

NECROLOGIA

Ha fallecido D. Juan González Corvo, cura párroco de Serradilla del Llano (Ciudad Rodrigo).

Pertenecía a la *Hermanidad de Sufragios espirituales del Clero* y tenía acreditado el cumplimiento de cargas, por lo que los señores socios se servirán aplicar una misa y tres responsos por el alma del finado.—R. I. P. A.

